

**L**iber leuiticus agit de sacrificijs et holocaustis. Holocaustum autem dicebatur animal quod totum offerebatur ita quod nichil sanctum relinqueretur aut dederetur. Debebat ergo esse animal mundum et sine macula corporis quicquamque scilicet non ceruicem non fracturam non impetiginosum nec sic infirmum. Debebatque ante omnia sanctum offerri. pelle sua excoquiari. per membra debebat diuidi. et ipsa membra cum capite. pedibus cauda et intestinis debebant lauare et tandem super altari cremari. Per tale holocaustum quod dicitur ab olō quod est totum et cauma incendium quod totum incensum. potest intelligi illi qui se deo totos offerunt et qui de propria voluntate sua nichil sibi retinent. sed totum cor et corpus pro deo tribuunt et committunt. sic ad hanc sunt homines religiosi et perfecti qui fructus pro dunt esse mundi per puram intentionem nullam prorsus sub velle consuetudinis habentes maculam. id est propositum vel infectionem. et tales debent offerri sacerdoti per peccatorum suorum confessionem. pelle dunt deponere id est omnes malas proferre conuersationes et membra sua. id est membra sue vite dunt accidere et diuidere per considerationem et contritionem. et per omnium membrorum suorum occupationes: omnia debent lauare et purificare per lacrimosam contritionem: caput cogitationis pedes affectionis. intestina delectationis. caudam mali propositum et durationis debent adiungere et omnia a

peccata forde lauare et abstergere. et dicta super cordis altare per caritatem domino cremare. Holocaustum est dominum in odore suauitatis reddere quoniam tota vita hominis in altari religionis per penitentiam domino dedicatur et quando sibi nichil tenet per manus sacerdotis. id est prelati sed deo totaliter deditur. per hoc. Holocausta medullata offeruntur tibi. Vel dic sic hoc dicitur oblato animali sacerdotibus. ipsi sacerdotibus debent manus super caput hostie imponere. sanguinem fundere. pelle detrahere. artus infrustra cadere et super struem lignorum omnia domino cremare. sic supra. Sic vere quoniam quis se offert sacerdoti ut manus per absolutionem sibi imponat. ut potest quando venit ad confessionem proculdubio sacerdos ante omnia debet facere quod sanguis. id est peccatum per confessionem fundatur. quod pellis. id est omnis excusatio tollatur. quod omnia membra peccati scindantur et diuidantur. et distinctim investigentur. quod super ligna. id est super crucis memoriam vel super sanctorum exempla homo constituatur. et caput intentionis pedes affectionis intestinum interioris delectationis emundatur. et quod hic totus domino totaliter offerantur: et per caritatis incendium comburatur. Vel dic quod sacerdos sanguinem hostie debet super altare fundere in quantum pro peccato confitentis debet coram altari per deuotionem et ordinem intercedere et instare. Infra quarto Hauriet sacerdos